



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica proxima post Festum B. V. M. ad Nives Titulare Ven. Imaginis B.
V. Mariæ sine Labe conceptæ Wessofontanæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

quam amplius ex pura, & sordida, ac ve-
cordi negligentiâ preces Marianæ soda-
litatis neglecturos, aut omissuros; quin
manè ad primum excitationis, & Ange-
licæ salutationis signum statim ex lectulo
nos provoluturos in terram, & Cœli Re-
ginam hâc primâ corporis victoriâ ceu
Matrem, & Magistram puritatis, & In-
nocentiaæ Virginalis gloriosè veneratu-
ros. Obduratum est cor, quod amor
non emollit, & commovet Mariæ. Non
sic! non sic nobiscum! ô clemens! ô
pia! ô dulcis Virgo Maria! addamus
Cursum Marianum pro castitate perpe-
tuanda. Hæc est voluntas Mariæ, San-
ctificatio nostra.

**Titulare Venerabilis Imaginis
Beatissimæ Virginis sine labe Conceptæ,
quæ mirabiliter colitur Wesso-
fonti.**

EXHORTATIUNCULA I.

Mariæ sumus filii! ô quanta digni-
tas! & quidem Matris sine labe
conceptæ. O qualis gratia! Vivamus
igitur tam purè, tam sobriè, & sanctè, ut,
quot-

450 Titulare Ven. Imag. B. V. Wellof.

quotquot homines nos observaverint
mores Mariophili sine macula deprece-
dant. Qualis mater, talis & filius.

Instructio meritoria.

Grande sub Immaculata Concep-
tione lateri supremi Regis Sacramentum
Scrutari periculum est, venerari, &
humilitate cordis adorare, sanctissimum
Manè excitati affectu quām ardenter sus-
piciamus cœlum, & laudantes sus-
remus : *Centies millies laudetur Sa-
cra etissimum immaculatæ conceptæ Vir-
nis Mariæ Mysterium.* Per diem
vies dicamus : *Magnificat anima mea
Dominum.*

II.

Maria sine macula ! O nomen ! Sub
quo contremiscunt inferi, & on-
nes hominum inimici. Fili ! quod in
carne steterimus incorrupti, quod inter
pericula immoti, quod à telis & infidi-
satanæ securi : An non grande fuit be-
neficium Immaculatæ Matris, cui No-
men, cui vitam, cui nostra subscriptio-
mus, & consecravimus omnia ? Mariam
sine labe concepram colere, semper vin-
cere

cere, & triumphare est. Oculi vitium
est, in speculo videre maculam.

Instructio meritoria.

O quanta hodie Wessofonti devotio !
quot millia hominum per sinceras con-
fessiones, & sacramentales Communio-
nes ad aram Speciosissimæ Virginis sua
offerunt pectora pro defensione tanti
Mysterii ! Dilecte ! Recordemur & nos
Matris nostræ ! Fidem huic nostram re-
novemus, & vel in templo, vel in cubi-
culo (ardentibus etiam luminibus) for-
mulam Marianam depromamus, quam
claudet hymnus : *Te Deum Laudamus.*
Amoris est, operari ubique.

III.

Sodalitas Immaculatæ Conceptionis
quid petit à nobis ? *quinq̄ Ave.*
O modicum charitatis obsequium pro
Maria, SSS. Trinitati gratissima ! Verūm
& hæc *quinq̄ Ave* oravimus quotidie ?
Negleximus, si sine fervore, ac devote-
ne. O invidum Satanam ! Etiam mini-
mum ergà Beatissimam Virginem sine
labe conceptam amoris affectum ut im-
pediret, quid non attentavit sæpiùs ?

In-

452 VI. Augusti. Transfigurationis D.N.I.C.

Instructio meritoria.

Fili Amandissime! Nunquid nos ipse
experti sumus? Et cum quanto cordis
vulnere? Negligentias tamen nostras
pedes Intemeratae Deiparæ deponamus
& ut hujus cultu, & institutâ mirabilis
ejus Sodalitate amor, & veneratio ergo
Immaculatam Conceptionem ubique
crescat, fructusque producat centesimo
præsertim in cordibus peccatorum
omni turpitudine, & impietate vives
tium, totum Marianum Psalterium, &
teria SS. Rosaria propter quindecim
Mysteria hodie persolvamus, & per
nus Jesu, ac Josephi Mariæ offeramus.
O quam gratum hoc Matri munus est!
Suscipiet sine dubio, & dabit, quod per
nostra devotio.

*Transfiguratio Admirabilis Do-
mini Nostri Jesu Christi.*

EXHORTATIUNCULA I.

STAT Jesus Transfiguratus in monte,
stat glorificatus in oculis discipulo-
rum! Cur in monte? Cur coram soli
& paucis discipulis? Id factum pro no-
stri

